



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

14. Dies Septembris. Vinum cum mensura emitur, & sine mensura bibitur?  
Chrysologus serm. 174.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

726. Christiani Militis Septemb.

III. Peritissimi Medici pharmacam cuivis morbo inediam porrigi jubent: nam oppletio, metropolis est morborum, & praecipuu[m] mortis satelles. Raet[us] sanitatis mentis, ubi est saturnitas ventris. Exiguo invictu[m], exigua est voluptas, id est, malitia. Istud tamend observandum in A[stinentia]; ut ea sit non tantum ciborum, sed vitiorum. Parum edere, & male agere est actum agere; immo, est daemonem exprimere: quibus licet absit esca, adest culpa. Minor tamen evititorum copia; ubi est major inopia ciborum. Quod gratis videar dixisse, confirmat haec tenus dicta Chrysologus: (a) *Est jejenum, vitiorum mors, vita virtutis jejenum, pars corporis, membrorum decus, ornamentum vitae: est jejenum, robur mentis, vigor animorum: jejenum, castitatis murus, pudicitiae propugnaculum, vita sanctitatis.* Cui & subscribit D. Ambrosius: (b) *Abstinentiam indicamus corpori, ut a virtutis magnum abstinere possimus. Fratum enim quoddam luxuriantis Anima, corpus exhaustum. Quisquis enim jejunat, & peccat, lucrum escarū fecisse videtur, non suetus: & pascendo, copius repletus cellarium, non mentem saginasse virtutibus. Hoc est salutare jejenum, usque abstinet corpus ab epulis: ita & anima refranetur a vanitate.* Obsigno haec tenus dicta, usitato Poematis penso:

*Hic bene jejunat: qui se de criminis nudat.*

14. D I E S. S E P T E M B R I S.

Vinum cum measura emitur, & sine mensura bibatur: Chrysologus serm. 174.

Sobrietas. 1. *Iicut Abstinentia in victu, siccitas est Temperantia in potu. Sit licet sobrietas amans jejuniū, non*

(a) Serm. 8. (b) Serm. 31.

Septemb.

Tessera.

727

non tamen jejunè laudanda est , ubi enim sobrietas, illuc non modò corporis , sed & animi, est incolumentas. Quapropter si velitis, & in hac vita jucundè, & in altera semper vivere beatè, (a) *Sobrii estote, & vigilate.* Nullus est minus sui juris , & liber, quam cui veluti frater, est Liber pater. Quid enim servilius illis, quorum (teste Clemente Alexandrino qui inclemēter temulentos exagitat ) *vita nihil est aliud quam comedatio, crapula, balnea, temetum, macula, otium, potus.* *Videre ergo licet aliquos eorum semi mortuos, cespitantes, in collis coronas habentes, non secus ac amphoras, inter se invicem sub benevolentia nomine fundentes merum. Alios autem plenos crapula, sordidatos, in vultu pallentes, & luridos, & hesterna temulentia adhuc aliam infundentes temulentiam. Pergit inde castigare nunquam satis castigandum hoc vitium. Vino immodico lingua quidem prepeditur, labra verò solvuntur, oculi autem detorquentur, ac divertuntur, cum præ humilitatis multitudine visus, tanquam in piscina naiites, & mentiri coæti, existimant omnia in orbem ferri, numerare autem non possunt, quæ procul sunt, tanquam sint unica.*

II. Expenu sapientiæ deprompsit, quod dicebat Anacharsis : *Vite in tres ferre botros: primum voluptatis, secundum ebrietatis, tertium molestiæ, sensu parvum vini usum esse jucundum, qui sedat fitim, largiorem genere temulentiam: largissimum patere rixas, cædes, morbos. Homo vinolentus, plerumque est & somnolentus, & ideo in Dei obsequio lensus: quin, & idcirco nec aptus qui rapiat Regnum cœlorum; illud enim soli rapiunt violenti, non vinolenti. Imò qui liberales sunt ut bibant vina, inepti sunt ut tractent arma. Hinc Piscennius militibus vinum ab*

(a) *I. Petr. 5. (b) I. 2. pradag. c. 2.* Zz 4 eo

728. *Christiani Militis* Septemb  
eo potentibus: Nilum habetis, inquit, & vinum peti-  
tis? Docuit autem vinolentiam, nūlitibus ut pesten-  
fugiendam, qui tum demum ad res præclarè geren-  
das promptissimi sunt, cùm ratio mero non perverti-  
tur. Idem Romanis à Saracenis vi etis, dicentibus quod  
vinum non accepimus, pugnare non possumus; idem  
inquit: Erubescite, nam qui nos vincunt, nil aliud  
quām aquam bibunt. Sic vino sæpè amittitur palma  
quæ acquiritur aquâ. Non crevit laurea inter vites,  
sed inter enses. Livi⁹ refert Galliæ transalpinæ inci-  
tas, cùm audissent Italos vineta plantasse, expedi-  
tionem italicam suscepissent. Quod si nullas tunc lau-  
ria vineas habuissent, nec regio tam amœna fuisset de-  
vastata. Quapropter veteres Romani, quâ erant in  
rebus omnibus providentia, cùm vinum exitio si-  
esse animadverterent, Senatus-consul-to, vites tota-  
imperio tolli, & extirpari jusserunt. Accidit autem  
mirum quiddam, quod finito bello, nullus in tota  
Italia Gallus manerit, cùm vineas in ea nullas esse in-  
notuisset.

III. Fridericus Imperator, studiosissimus Tem-  
perantiæ, ac sobrietatis cultor fuit. Is cùm audisset  
Leonoram uxorem ( quæ paterna in domo nun-  
quam vinum gustaverat ) facilè filios genituras, &  
in Germania, tam frigida regione, vinum biberet  
respondit; malle se sterilem uxorem habere, quam  
vino tam. Sed jam proscripta publica illa Reipub.  
peste temulentia, oculos conjiciamus, & amicos  
convertamus ad Sobrietatem: cuius præclarus est  
buccinator primus Ecclesiæ Doctor S. Augustinus.  
*Sub etas, inquit, est recti iudicium tenax memoria, re-*  
*cordationisque inseparabilis sapientia, secretorum custos,*  
*arcam*

temb  
m pei  
pesten  
e geren  
ervert  
busqu  
s; ide  
il altu  
palma  
er vire  
æ ino  
pedio  
inc lu  
isset de  
erant  
itiosi  
ces tot  
autem  
in tota  
esse in  
s Tam  
uellet  
o num  
am, à  
iberet  
quāt  
eipub  
nijos  
rus et  
stinus  
, n  
cufos,  
arcam

Septemb.

Tessera.

729

arcam velamen, lectionum, & doctrinæ capax, studiorum & arium honorum disciplina, pariter, & magistra ingeniorum, & capiendorum pedissequa, bona fama semper avida, salubria, atque utilia creans, virtutis singulare auxilium cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum semper se ingenerens. Quantum chaos inter Ebriositatem, & Sobrietatem: majus quam inter aquam & vinum. Sed ne vinum tibi sit ad ruinam, sicut illud emis, sic & bibas ad mensuram. Si enim bibas sine mensura, quid sequetur, quam ut mens careat rationis usura? atque ita quod unum in te habes cœlestis, & Divinum, perdes per vinum: propter vites, gravissimæ sunt inter carnem, & spiritum lites. Ne te vinum reddat fatuum, hoc æternitati inscribo effatum:

Sepè nocent vitæ fœcundo palmitæ vites.

## 15. DIES SEPTEMB.

Inter omnia certamina Christianorum, duriora sunt prælia castitatis, nam ibi continua pugna, & rarior victoria? S. August. serm. 250. de Temp.

Castitas. I.

**I**N cella proma Christianæ perfectonis, nescio an ulla sit præstabilior, quam animi, & corporis Castitia, quam jam inde ab initio mundi, totus mundus, ut virtutem quam raram, tam præclaram suspexit, & propè dicam, adoravit. Vocat eam Cyprianus, *funus humanae substantie*. Quia non minus quam mortuus, debet homo castus, omnia ad hujus vitæ delicias sensu carere. A Climaco appellatur, *Excessiva naturæ abnegatio*. Quia per inferioris hominis mortem, opprimit & suffocat maximum

Zz 5

natu-